UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Maximi martyris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

Visual Library

nem atteſtarentur auribus, & ex auditu equorum
fremitus ac ſonos recognoſcerent. Ibi & Marianus
prophetico ſpiritu iam repletus, fidenter ac forti-
ter prædicabat proximā iuſti ſanguinis vltionem, Mariani
variasq; ſeculo plagas, vel de cæli iam culmine mi- prophetia.
nabatur luem, captiuitatem, famem, terræque mo-
tus, cynomiæ venena cruciantia. Qua prędicatione
non tantùm Gentilibus inſultabat fides martyris,
ſed etiam fratribus vigorem æmulandæ virtutis, &
quaſi claſſicū præcinebat, vt inter tantas ſeculi pla-
gas iuſtis Dei tam bonæ atque piè mortis raperetur
occaſio. His peractis Machabæico gaudio Mariani Matris Ma-
mater exultans, & paſſione perfecta iam ſecura de riani virilis
filio, non illi tantùm cœperat, ſed & ſibi, quæ tale animus.
pignus ediderat, gratulari. Complectebatur in filij
corpore ſuorum viſcerum gloriam, & in ipſa cer-
uicis vulnera frequens oſculum pietas religioſa fi-
gebat. O te meritò Mariani, ô te beatam & filio tuo
matrem & nomine. Quis in ea tanti vocabuli fœli-
citatem credat erráſſe, quam ſic vteri ſui fœtus or-
nat? Inæſtimabilis verò Dei omnipotentis &
Chriſti eius in ſuos miſericordia, qui fidentes in
ſuum nomen, non ſolùm gratiæ dignatione confor-
tat, ſed & ſanguinis ſui redēptione viuificat. Nam
quis digna æſtimatione poſſit eius beneficia meti-
ri, qui in hoc paterna indulgentia ſemper opera-
tur, vt in nos & hoc ipſum quo Dei noſtri ſanguine
rependi credimus, conferatur. Cui gloria & impe-
rium in ſecula ſeculorum. Amen.

MARTYR. S MAXIMI. EX ACTIS, VT
putatur, *publicis quæ cōſularia dicebātur, deſumptū.*

Decius Imperator volens profligare Chriſtiano- 30. Aprilis.
rum legem, promulgatis per orbē vniuerſum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Decreta Decij Imperatoris.

decretis ſtatuit, vt Chriſtiani omnes, relicto De
viuo & vero, dęmonijs ſacrificarent: qui verò id
cuſarent ſuppliciorum atrocitate necarentur. Q
tempore Maximus homo quidem plebeius ſed
mia pietate præditus palàm ſe Chriſtianum con
ſus optimo Proconſuli apud Aſiam oblatus eſt.
quidem Proconſuli de nomine & conditione
interroganti martyr reſpondit: Maximo mihi

Maximus Conſuli oblatus pręclarè reſpõdet.

men eſt, conditione quidem ingenuus, ſed ſe
Chriſti Ieſu, etſi peccator. Tunc Proconſul: N
ne, inquit, inuictiſſimorum principum decre
Chriſtianis omnibus, relicta ſuperſtitione,
cultum præſcribunt, & verũ principem, cui o
ſubiacent, cognoſcere iubent? Cui Maximus
quam huius principis ſententiam cognoui,
me palàm oſtendi. Ego autem non ſacrifico,
li Deo, cui me ab ineũte ætate ſacrificaſſe gra
Cui rursùs Proconſul: Sacrifica, inquit, ne te
affectum tormẽtis extremo ſupplicio ſubic
gar. Et Maximus: Hoc eſt, inquit, quòd ſem
votis habui, vt huius corporalis ergaſtuli vi
ſolutus, ad ſempiternam vitam migrare va
Tunc Proconſul fuſtibus eum cædi iubens, in
dendum dixit: Eripe te, ô Maxime, maturo c
cio ab his ſupplicijs. At martyr in conſidera
ſuppliciorum ſuorum exultans: Ego, inqu
quę pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſt
nullo modo tormenta reputo, ſed tum dem
vera & ſempiterna tormenta incidam, ſi ſ
ius ac perituræ vitæ amore perfidè à Chriſti
ſione defecero. Tunc Proconſul ira inflamma
eculeo eum ſuſpenſum torqueri iuſſit, dicens
tãdem agnita ſtultitia tua ſacrifica, vt vitam
tis ſupplicio penè circumuentam, lucreris.

ſtimus: Lucrabor planè, inquit, vitam, ſi neglectis fœtiſque olidis hiſce membris non ſacrificauero. Mihi verò nec fuſtes, nec vngulæ, nec ignes tui vllū dolorem adferunt, quia in me manet gratia Chriſti. Tunc Proconſul lata ſententia lapidibus eum obruendum tradidit. Raptus eſt confeſtim à miniſtris diaboli athleta Chriſti, gratias ſine fine Deo agens quòd eum tanta gloria dignum faceret, & triumphum de diabolo, cui nulla in terris poteſtas comparari poteſt, adeò glorioſum concederet. Perductus igitur extra muros martyr, lapidibus cæſus beatam animam Chriſto tradidit: cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

MAIVS.

RES GESTAE ET MARTYRIVM S. APOSTOLI PHILIPPI.

Ex ijs quæ ſunt apud Metaphraſten.

PHILIPPVS Chriſti Ieſu Apoſtolus, 1. Maij.
Bethſaida ciuitate oriundus à parentibus optimè inſtitutus atque imbutus, poſtquã Moſaicę legis cognitione haud mediocriter animum erudijſſet, in Galilæam ſe recepit, quò altioribus adhuc diſciplinis mentem excoleret, atque ad perfectiſſimam cæleſtium rerum cognitionem, quarum deſiderio vehemẽter flagrabat, tandem aliquandò perueniret. Ibi verò cùm Chriſtus Dominus diuini verbi ſemina tunc ſpargeret, & hunc æternæ ſalutis amore flagrãtem cerneret eũ ſe ſequi iuſſit. Qui protinùs diuino ſplendore mirificè illuſtratus verę ſalutis authorẽ agno-

Philippus vocatur à Chriſto.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN